Hec est via ambulate in ea nec ad dexteram neque ad sinistram. ysaie xxx°. Magnam misericordiam facit qui erranti viam ostendit maxime in nocte in terra hostium et in tempore guerrarum. Errantes sunt peccatores iuxta illud quod dicitur ad Romanos iii°: Omnes enim peccaverunt et egent gratia dei. Et prima Jo. primo: Si dixerimus quia peccatum non habemus nosmetipsos seducimus et veritas in nobis non est. Cum igitur omnes simus peccatores omnes sumus errantes sicut dicitur ysa. liii: Omnes nos sicut oves erravimus unusquisque in viam suam declinavit. Nox autem est peccatum ad instar noctis frigidum infrigidans caritatem, obscurum vel obscurans et obcecans racionem, ineptam faciens ad bona opera. Venit nox quando nemo potest operari. Terra hostium est mundus in quo principatur diabolus. Jo. xii: Nunc princeps mundi huius eicietur foras. Tempus guerre est tempus presentis vite quia caro nunc concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem ut dicitur Gal. v. Cum igitur omnes peccatores et errantes simus, pro quibus extra viam veritatis in nocte et in terra hostili et in tempore guerre mortales sumus et existimus, ideo predicator verbi divini magnam maximam facit errantibus in tantis miseriis constitutis qui viam salutis ostendit. Unde magnum meritum apud deum et coronam acquirit. Jo. dicit Ja. v: Qui converti fecerit peccatorem ab errore vie sue salvabit animam suam a morte et operit multitudinem peccatorum. Officium autem predicatoris verbi dei est proprie peccatores errantes dirigere et ad viam salutis revocare. In cuius persona verbi dei promissi peccatoribus errantibus est auctoritas proclamatum. cum dicitur hec est via ambulate in ea. Cum autem peccatores in presenti errare tria mala via eligendo et in via errando et a via divertendo ideo predicator in verbis istis proponit docens nos tria facere de via ista salutis. Scilicet eligere, valide incedere, firmiter insistere. Primo igitur docet nos viam salutis solide eligere cum dicitur. Hec est via. scilicet et nulla alia ad salutem eligenda. Secundo docet nos per viam salutis viriliter incedere cum dicitur Ambulate in ea. quasi dicat nolite recedere ab illa. Tercio docet nos in via salutis insistere cum dicit nec ad dexteram neque ad sinistram. quasi diceret nolite divertere ab illa. Primo ergo docet nos predicator viam salutis eligere. cum dicitur hec est via. scilicet non erroris sed veritatis, non pericli sed salutis, non ad infernum sed ad celum. Et nota quod hec
via habet spaciales ix dietas. Prima est 1
a peccato ad penitenciam tanquam ad medici-
nam et remedium peccatorum. Secunda est a penitencia 2
ad precepta. Tercia a preceptis ad consilia. 3
Quarta a consiliis ad virtutes tanquam 4
ad dei servicia quo docet operari recte.
Quinta est a virtutibus ad dona spiritus 5
sancti quo docet operari faciliter et expedite.
Sexta est a donis ad beatitudines quo docet 6
operari perfecte. Septima est a beatitudinibus 7
ad fructus quo docet operari delectabiliter
vel delectative. Octaua est a fructibus 8
usque ad iudicium. Nona est a iudicio 9
ad celum. Et secundum hoc in presenti opere quod dicitur via vel dieta salutis sunt decem capitula. In primo agitur de vitiis a quibus est movendum vel recedendum. In secundo agitur de penitencia. In tercio agitur de preceptis. In quarto agitur de consiliis. In quinto de virtutibus. In sexto de donis. In septimo de beatitudinibus. In octauo de fructibus spiritus sancti. In nono de iudicio. In decimo de inferno et celo. Primo igitur in nomine domini agendum est de vitiis et primo in generali postea in speciali.

## De peccato in generali

Primo ergo nota de peccato vel vicio

Temperancia est nichil appetere unde sit penitendum in ullo modo
vel lege excedere, sub iugo racionis cupiditatem domuisse. Unde
de temperancia non specialiter ut principaliter tractatur est typum nobilem et pre-
ficie cum suis actibus utile. Habet quidem temperancia typum multiplicem, ut figura-
liter specialiter tribus, s. freno quo equus regitur, bisso quo caro tegitur, et muro
quo castrum cingitur. Est itaque temperancia sicud frenum equum regens. Nam
sicut a sessore mediante freno ducitur equus, sic caro a spiritu freno
temperancie gubernatur. Apte autem frenandus est equus inter aquam, inter
ignem, inter piperium. Sic frenum temperancie necessarium est carni, quia aquam
tu sitare delectacionis, cum ignem concupiscencie carnalis, et quia piperium crimi-
nacionis. De hoc freno dicit apostolus ad Titum ij. Sobrie et iuste et pie vivamus in
hoc seculo. Namque quibus dicitur vivere, sobrie quantum ad se ipsum, iuste quantum ad proxi-
mum, pie quantum ad deum. Est ergo temperancia sicud bissus carnem tegens. Nam
bissus ut dicit papyas est genus lini candidum quod crescat in egipto
et inde fit tela, que vulgo dicitur cerausa. De hac tela bissina fit
camisia nobilis et delicata, per quam figuratur castitas et temperancia,
quia sicud camisia ista nobilis est inmediate carni contigua et quodam
modo castitas et temperancia est carni propinque necessaria et ei inseparabiliter
iungende, et ideo dicitur prov. xxxj. De uxore forti, bissus et purpura indumen-
tum eius. In bisso figuratur castitas, que est proprium ornamentum mentis, in pur-
pura figuratur temperancia, que velud aurifrigium vesti depositum ad de-
corem. Est ulterius temperancia sicud murus castrum cingens. Nam sicud
castrum munitur propinque ab ea parte que est infirmior, sic temperancia mu-
nit castrum hominis ex parte magis infirma, s. ex parte corporis. Dominus n. Mt. xxvi
Ex parte quidem propinquiori est caro autem infirma. Est temperancia est quidam honor
deo assimilans, quidam valor mente magnificans, quidam dolor hostem
mortificans. Est n. temperancia honor quidam assimilans deo. Deus n. est
spiritus ut dicitur Joh. iiij. Temperancia vero est quasi nutrix spiritualis qua ablactatur
~~felius~~ filius dei et facit de carnalibus spirituales et sic assimilat deo ut
dicitur sap. vj. Incorrupcio facit proximum deo. Est ergo temperancia valor
quidam mente magnificans. Namque sicud valor magnificat aurum, sic
temperancia magnum et inseparabilem facit hominem repertum et castum, quod dicitur
ecc^a xxvj. Non est digna ponderacio anime continentis. Est ulterius tem-
perancia dolor quidam hostem mortificans. Dyabolus n. libenter quiescit
et dormit in locis humidis, id est voluptuosis hominibus, ut dicitur Job xl.
Et sic temperancia vero ponit ipsum in ardore pruine ubi non inveniet requiem, et sic
inficere ut fugat hostem, quia dicitur Mt. xij. Cum immundus spiritus exierit ab

homine

Appendix dietae salutis quae applicationem materiarum ipsius dietae continet ad usum concionatorum in diebus dominicis et festivitatibus per annum.

~~Incipiunt themata dominicalia ab epistolis recepta et reperiuntur ... per ... adventum domini~~

a Abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis Ro. xiij. In adventu magni regis et principis expiantur sordes et parantur vestes et ideo apostolus in hiis verbis per hunc modum spiritualem summi regis adventum ad faciendum hec duo spiritualiter nos invitat primo ad vitiorum sordes expurgandas cum dicit abiciamus opera tenebrarum secundo ad virtutum vestes preparandas cum addit et induamur arma lucis. Primo igitur debemus expurgare ~~vestes~~ sordes vitiorum et hoc spiritualiter per contritionem que fit in peccato require in materia de peccato in g. Secundo debemus vestes virtutum preparare et spiritualiter vestes caritatis sicut videmus quod vestes nobiliores portantur in festis principalibus de hac veste quere in materia de caritate. — dominica i adventus

b Deus autem spei repleat vos omni gaudio Ro. xv. Qui a viris spiritualibus sunt debiles sustinendi et tristes consolandi. Ideo apostolus in verbis propositis duo facit. Primo enim providet debilibus sustentationem cum dicit deus autem spei secundo tristibus consolationem cum addit repleat autem vos omni gaudio per spem in deo spes et pascentis in divitiis eius. Primo dico quod spiritualis sustentatio est in virtute spei quere in materia de spe. ~~et~~ Secundo spiritualis consolatio est in gaudio virtutis. Nam virtus operatur paradiso quere in materia de virtute co... — d. ij.

c Modestia vestra nota sit omnibus hominibus dominus prope est phil. iiij. Rege presente consueverunt domicelli et milites vitiu alacrius et honeste incedere ideo apostolus prudens regis et in presentiam propinquam ad conversationem honestam in verbis propositis nos hortatur et hoc in verbis istis duo facit primo enim hortatur nos ad conversationis formam cum dicit modestia vestra nota sit omnibus hominibus secundo ostendit conversationis causam cum addit dominus prope est. Primo igitur forma conversationis consistit spiritualiter in mansuetudine et veritate require in materia de veritate et mansuetudine. Secundo virtus spiritualis conversationis et ornatus castitatis et pietatis faciunt ... require in materia de castitate et ornatu et pietate. — dominica iij

ex creatione gloriam, ex redemptione in secula seculorum, ex eterna salvatione
Amen. ex omnium promissorum tuorum certissima adimpletione. Tandem
omnes sancti dicent. Alleluia alleluia, alleluia suavissimum hymnum et tri-
sagium gloriosum, quod sonabit in patria: Sanctus sanctus sanctus dominus deus saba-
oth, ut exponitur, pleni sunt celi et terra gloria eius, cuius est tanta
Crucis, quod qui dicit illud a morte secura et fulgore et tribula-
tionibus est securus, ut ait Damascenus libro xv. capitulo, quod statuit
sancta synodus Calcedonensis iiii. hoc trisagium sic cantari
a fidelibus dici, tota omnis perfectionat, id est unitas divinas, ut
ait Damascenus, sibi dicit: agyos o theos, sanctus deus, agyos yski-
ros, sanctus fortis, agyos athanatos, eleyson ymas, sanctus et
immortalis, miserere nobis. In quo trisagio sancti serviunt specialiter
Pa. f. trinitate confitentur in una essentia dicentes sanctus sanctus sanctus
potestate et iudicia admirantur, providentes dominus deus exercituum, pieta-
te et beneficia venerantur addentes: plena est omnis terra tua bonitate
per meritum gloria eius, id est anima eius. In qua deus perpetue ostendetur glo-
sus, ut exponit glosa ps. iii. omnes patuerunt et exter gloria
di, que est in patria, ad quam gloriam nos perducat et participes fa-
ciat dilector illius caritatis Iesus Christus virginis filius tuus cum deo
patre et spiritu sancto unus solus deus trinus et verus, cui est honor imperium et
maiestas per infinita secula seculorum. Amen ...

Explicit iste liber de dieta salutis
editus a fratre Guillelmo de Lanicia
Aquitanico de ordine fratrum minorum

Silencium loco cumplettuster — In satisfaccione est
Jeiunium loco cibi
Elemosina loco solacii medica
Oro devota loco cantici vel noti.
Divisio membrorum capituli quinti. — Capitulum Vtum
Incensum divine inspiracioni incendendum
Denarium divine indignacioni opponendum — Oro est
Tributum divine dnacioni persolvendum
Sicud homo regi presentans exenium
Sicud homo a rege postulans iudicium — Sum orans
Sicud homo a rege postulans subsidium
Sicud clamat pullus qui vult escam
Sicut clamat catulus qui sentit escam — Clamandum est
Sicut clamat pauper qui videt pisca — in orone
Sicud reumaticus aeri
Sicud infantulus nutrici — Aperiendum est os in orone
Sicud pulcinulus matri
Armatura militie ornans
Lucerna viam demonstrans — Oro est
Columba olivam portans
Divisio membrorum capituli sexti. — Capitulum VItum
Sicud pruna lignorum sub olla
Sicud agilitas in navicula — Jeiunium est 16
Sicud sanitas in scella
Summum remedium ad expiandum morbum
Bonum consilium ad fugiendum lupum — Jeiunium est 17
Certum ingenium ad castrum capiendum
Cum ieiunas vacas culpe
Cum ieiunas mactat gule 17
Cum ieiunas parcis burse — Jeiunium replicatur
Cum ieiunas frenas gule
Bonum qui se ieiunat in satisfaccione peccati — Jeiunium est 18
Angelus qui se ieiunat ad orandum deum
Optimum qui se ieiunat cum extrade bonum operis

F

